



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Ignatii Loiolae, Qui religionem Clericorum Societatis Iesv instituit

Ribadeneyra, Pedro de

Coloniæ Agrippinæ, 1602

In Belgica nostris patefit aditus: variis Collegijs Societas augetur. XV.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45323

tiam & malorum tolerantiam, altiores egisset radices.

*IN BELGAS NOSTRIS PATE-
fit editus. Varijs Collegijs Societas
augetur.*

CAPVT XV.

Reditus nostrorum in *Castarau-*
gustanara urbem, eam in Hispa-
nia de nobis suspicionem com-
pressit, quã exitus mouerat. Itaq; à tem-
pestate & procella illa, & quidem tam
turbulenta, non solum imminuta non
est de Societate bonorum opinio, ve-
rum etiam aucta, & cõfirmata: ex quo
Collegia nonnulla per id tempus con-
stituta sunt. *Murciæ* in primis *D. Ste-*
phani Almeida, eius urbis, nouæque
Carthaginis Episcopi: in *Monte Re-*
gio (quod oppidum est in *Gallecia*) e-
ius ipsius oppidi *Comitis* beneficen-
tia: *Ocaniæ* *Ludouici Calataudij* be-
nignitate: in oppido præterea *Mon-*
tilla, institutum Collegium est ab o-
ptima atque clarissima *Catharina Fer-*
nãdez à Corduba *Plieghi* Marchione,
quæ tanta beneuolentia Societate cõ-
plexa est, vt eius tuendæ atque ornandæ,
proprijs partibus sibi desumpsisse vide-
retur.

retur. Itaque præter hoc Collegium, quod suis sumptibus ædificauit, & Cor-
dubense, quod eius opera atque autho-
ritate inchoatum est in oppido etiam
Marchenæ integerrima femina D. Ma-
ria à Toletò, eius filia, Arci-dux ma-
trem imitata, præclarum nobis Col-
legium constituit.

Lib. 3. c. 7.

In Belgica verò prouincia, Germa-
niæque, crescebat Societas, & fundebat
se quotidie latius. Nam iam inde, ab
illo nostro discessu Parisiensi, de quo
suprà commemorauimus, sempera-
liqui ex Societate Galliam Belgicam
coluerunt: qui & Louanij Adriano
ab Adriano, & Colonia Agrippi-
næ, Leonarò Keselio Rectore, li-
terarum studia, ac pietatis exercebant
officia, multique animos ad nostror-
um institutum applicabant. Ciuibus
verò Tornacensibus per Bernardum O-
liuerium, & Quintinum Karlat, nota
esse Societas cœpit: multique vel no-
stris se adiungere, vel nostros apud se
habere cupiebant: non sine magno he-
reticorum dolore, quorum venenum
multis locis iam tū sparsum, longi⁹ in-
dies progrediebatur. Quod Ignatius a-
nimaduertēs, Petrum Ribadencirā cõ-
misit, vt Constitutiones, nostris cõmu-
nica-

nicaret: & quòd nulla religio per illius Prouincię leges, absque Regis concessu, nouas in ea sedes obtinere potest, cum Philippo Rege de Societate in ea Regione constituenda transigeret. Ille verò, multis licet repugnantibus, Societatis approbationē à Rege, & Collegia ædificandi potestatem impetrauit, clarissimi Principis Gomezij Figueiroę, Feriæ Ducis studio atque auctoritate. Qua facultate expeditior nostris patuit via: impedimentis, quæ obijcebantur, sublatis. Ei Prouincię Ignatius Bernardum Ouerium Prouincialem præfecit: qui tamen morte interceptus, munus illud suum sustinere non potuit.

Et hæc quidem in Germania inferiori: in superiori verò, propagata Societas est. Nam hoc ipso tempore, Pontificis Maximi imperio, in Poloniam Magister Alfonsus Salmeron Societatis nomen primus inuexit. Et Ingolstadiense Collegium auctius factum est, & Pragæ (quæ vrbs totius Bohemię Regia est) Ferdinandus Romanorum Rex, Viennensis Collegij fructu per motus, Collegium nostris constituit: vt Hussitas, VVicleffistas, & alios hæreticos, qui Regnum Bohemię de-

populantur, suis laboribus propulsa-
rent, & Societatis exercitijs, ad Ca-
tholicæ fidei veritatem conuerterent.
Eius Collegi fundamēta posuit Petrus
Canisius, quem Ignatius in Germania
Præpositum Prouincialem instituit.

Porro in Italia Senis Collegium in-
choatum est, Francisci Mendoza Cardinalis opera: cuius rogatu, Ignatius
quattuor ex nostris in eam urbem mi-
sit, vt ciuitatem luctu & mœrore con-
fectam consolarentur, & belli ruinis
prostratam, pijs laboribus recrea-
rent.

Vibonæ etiam (quod oppidum est
in Sicilia) Isabella Vega, Ioannis Vegg
Proregis filia, Vibonensis Dux, præ-
clarum nobis ædificauit Collegium,
& certis fundis stabiliiuit. Germanus
etiam eius frater Ferdinandus Vega,
Catinam (quam ciuitatem pro patre
gubernabat) nostros accersiuit: eosque
patris autoritate, & benignitate ciui-
um, in certo domicilio collocauit. Ta-
ta enim fuit patris Vegæ, & filiorum
eius pietas, & in Societatem be-
neuolentia, vt inter se de ea
augenda certarent

(. . .)

IGNA-